

**XLVII.** *Eclipsis Lunæ Die 4<sup>a</sup> Februarii, Ann. 1757. habita Uliffipone à Joanne Chevalier Presbytero Congregationis Oratorii, Regiæ Londinensis Societatis Socio, Regiæque Scientiarum Parisiensis Academiæ correspondente, et a Theodoro de Almeida ejusdem Congregationis Presbytero, ac Physiçæ publico Professore.*

Read Dec. 8. <sup>1757.</sup> **H**ANC observationem peregi tubo optico novem pedes longo, cujus lens ocularis focum habebat ad 4 pollices, et lineam unam: adhibui preterea vitrum planum cæruleum, quod oculum inter et ocularem lentem interponebam, ut ingressum macularum in umbram observarem juxta ea quæ in observatione eclipsis lunæ ann. 1755. invenit clarissimus vir Josephus Soares de Barros ex regia Berolinensi academia. Primum igitur vitro cæruleo adhibito observabam ingressum maculæ in umbram, et tempore notato iterum solo tubo optico ingressum ejusdem maculæ in umbram observabam, et differentiam utriusque ingressûs notabam.

Initio eclipsis cœlum serenum ac clarum fuit, postea nubilum, et post maximam obscurationem vapores horizontis et claritas incipientis diei observationem peragere impediere.

			Manè.		
			H.	M.	S.
Initium penumbrae	—	—	4	52	49
Initium dubium eclipsis	—	—	4	55	29
Certo jam incæperat	—	—	4	57	30
			Umbra		

	Manè.		
	H.	M.	S.
Umbra ad Aristarchum observata vitro cæruleo plano — — —	5	00	19
Solo tubo optico adhibito — — —	5	00	50
Keplerus umbram ingreditur observatus tubo, et vitro cæruleo plano —	5	13	20
Observatus solo tubo optico —	5	14	00
Plato umbram ingreditur observatus tubo, et vitro cæruleo — — —	5	15	2
— Solo tubo — — —	5	15	40
Umbra ad Eudæxum — — —	5	17	18
Mare serenitatis incipit mergi —	5	30	10
Copernicus observatus tubo et vitro cæruleo umbram ingreditur —	5	36	48
— Solo tubo — — —	5	37	22
Mare Crisium ingreditur umbram —	5	53	51
— Medium in umbra — — —	5	59	30
— Totum mergitur — — —	6	5	21
Mare fecunditatis occultari incipit —	6	7	41
Umbra ad promontorium acutum —	6	8	33
Umbra tangit mare nectaris — — —	6	22	51
Umbra ad Langrenum — — —	6	23	33

*Observationes Eclipsæ Satellitum Jovis Ulissipone habitæ a JOANNE CHEVALIER, &c.*

**A**NNO 1757 telescopio Gregoriano 7 pedum nocte serenâ, nullâque lunari luce illustratâ, observavi immerfionem totalem primi satellitis die 21 Martii tempore vero postmeridiano — 11<sup>h</sup> 13' 1''

Die vero 22 Martii tempore vero, et antemeridiano, observavi immerfionem totalem tertii satellitis

ob 13' 32''